

Band VIII., Nr. 2840, Seite 147-148

Graf Hermann von Sulz verkauft sein Dorf Hopfau mit aller Zugehör, insbesondere dem dortigen Patronatrecht, sowie verschiedenen Besitz in Dürrenmettstetten und anderswo, an Abt Volmar und Konvent von Alpirsbach um 120 Mark Silber.

Neckarburg, 1278. Dezember 18.

Nos Hermannus comes¹ de Sulze omnibus, ad quos presentes pervenerint, notitiam subscriptorum. Ne ea, que geruntur sub tempore, simul² cum tempore³ elabantur, expedit ea scripture sigillorum et testium amminiculis perhennari. Notum sit igitur omnibus presentis pagine inspectoribus, quod nos villam⁴ in Hophowe et omnia bona nostra, videlicet curiam nostram ibidem sitam, seu universitatem bonorum, cui annexum est ius patronatus ecclesie eiusdem ville, nichil iuris⁵ nobis excepto, que nobis et nostris progenitoribus proprietatis titulo pertinebant, cum omni et pleno iure, quo nos et nostri progenitores hactenus possedimus vel habuimus, videlicet curiis domibus areis hominibus in villa Turremezstetten et alibi ubicumque nunc scitis vel in posterum investigandis eisdem bonis pertinentibus agris pratis silvis nemoribus pascuis piscinis districtu et bannis cum iure patronatus ac generaliter cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, honorabilibus et religiosis viris Volmaro abbati et conventui monasterii in Alperspach nomine ipsius monasterii seu ipsi monasterio pro centum et viginti marcis argenti pure et simpliciter vendidimus assignavimus ac tradidimus nec non presentibus tradimus et assignamus iure proprietatis ex iusto et legitimo emptionis titulo libere perpetuo possidenda, confitentes nos pretium predictum cum integritate debita recepisse. Et ut predictus venditionis contractus in nullo possit in posterum vacillari, renuntiamus omnibus exceptionibus actionibus constitutionibus statutis et consuetudinibus seu consuetudini omni iuris auxilio tam canonici quam civilis et omni rescripto privilegio seu indulgentie ab imperatore rege vel aliunde impetratis seu impetrandis et precipue exceptioni doli quod metus causa non numerate pecunie et quod ultra medium iusti pretii et breviter omnibus, per que dicta possit venditio nunc vel in posterum retractari seu aliquatenus impediri. In premissorum autem testimonium predictis . . abbati et conventui

¹B: *comes Hermannus.*

²B fehlt: *simul.*

³B: *cum tempore.*

⁴B: *nos villam.*

⁵B: *nichil iuris.*

II

seu monasterio presentes sigillorum venerabilis in Christo patris ac domini Rūdolfi dei gratia Constantiensis episcopi ac nobilium virorum Ludewici⁶ et Cūnradi ducum de Tekke fratrum nec non nostri munimine dedimus roboratas petentes humiliter ab eisdem per presentes, ut sigilla sua apponant huic littere in evidens testimonium premissorum.

 Acta sunt hec apud Oberndorf, anno domini millesimo ducesimo septuagesimo octavo, undecimo kalendas Decembris, indictione septima, presentibus hiis testibus videlicet: Otwino de Homessingen, Reinhero de Rūti militibus, Lūtfrido plebano de⁷ Nekkerburch, Bertoldo advocato de Dornstetten, Bertoldo et Hainrico filiis suis, Sigbottone et Alberto fratribus marschalcis⁸ in Hohenberch, Gernoldo advocato nostro, Sifrido et Hermanno dictis Hake fratribus, Dietrico de Bukelsperg, Rigero panifice civibus in Oberndorf et aliis quam pluribus fide dignis. Nos vero . . episcopus et . . . duces prenotati ad petitionem dicti Hermanni in perpetuum rei geste testimonium sigilla nostra litteris presentibus duximus appendenda.

 Datum apud Nekkerburch, anno et indictione prenotatis, XV. kalendas Januarii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Zwei Exemplare. An A noch von zwei, an B von drei Siegeln die rot-gelb-grün-violetten Seidenfäden.

⁶B: *Ludwici*.

⁷B: *in*.

⁸B: *marscalcis*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 470 U 464 und U 465

Überlieferung und Textkritik:

2 Exemplare. Auch in den Geistlichen Lagerbüchern HStA Stuttgart H 102/2 Nr. 102, fol. 202 ff. und Nr. 112, fol. 399b ff. Auch im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 4^I, S. 98.

Editionen:

CHRISTOPH BESOLD: *Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...]*, 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, S. 255. FRANZ PETRUS: *Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...]*, Augsburg 1699, S. 56. Reyscher, Statutarrechte, S. 32.

Regesten:

Crusius: *Annales Suevici*, Bd. 3,3,4, S. 56. KARL JORDAN GLATZ: *Geschichte des Klosters Alpirsbach auf dem Schwarzwalde, nach Urkunden bearbeitet*, Straßburg 1877, S. 272. PAUL LADEWIG (HRSG.): *Regesta episcoporum Constantiensium: Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Constanz von Bubulcus bis Thomas Berlower 517-1496*, hrsg. Von der Badischen Kommission, 5 Bde., Innsbruck 1895-1941, Nr. 2480.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Neckarburg

Ortsindex:

Alpirsbach Wohnplatz (7194)
 Alpirsbach, FDS
 Bickelsberg Wohnplatz (16488)
 Bickelsberg, Rosenfeld, BL
 Dornstetten Wohnplatz (7386)
 Dornstetten, FDS
 Dürrenmettstetten Wohnplatz (12721)
 Dürrenmettstetten, Sulz am Neckar, RW

IV

Hochmössingen Wohnplatz (12371)
 Hochmössingen, Oberndorf
am Neckar, RW
 Hohenberg Wüstung (26307)
 Hohenberg,
Schömberg, BL, W
 Hopfau Wohnplatz (12727)
 Hopfau, Sulz
am Neckar, RW
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz,
KN
 Neckarburg Wohnplatz (12408)
 Neckarburg, Rottweil,
RW
 Oberndorf am Neckar Wohnplatz (12383)
 Oberndorf
am Neckar, RW
 Reutin Wohnplatz (7242)
 Reutin, Alpirs-
bach, FDS
 Sulz am Neckar Wohnplatz (12745)
 Sulz am
Neckar, RW
 Teck Wohnplatz (437)
 Teck, Owen, ES